

**67. Papa Giulio II ad Angelo Leonini, vescovo di Tivoli,
nunzio a Venezia.¹**

[Roma], 7 febbraio 1504.

«... Dil. filii regis Franchorum Venetiis oratorem pro his que tanta cura pro nostro et apostolice sedis honore agit plurimum in domino commendamus cui tu etiam nomine nostro gratias ages».

Ora non può pensarsi al tuo ritorno.

Conc. Lib. brev. 22, f. 16, Archivio segreto pontificio.

68. Papa Giulio II al cardinal Bernardino Carvajal.²

[Roma], 28 febbraio 1504.

Advererunt ad nos homines missi a castellanis arcium Cesenae et Britonori...³ quod castellani ipsi easdem arces nobis restituere erunt parati, si dilectus...⁴ nobilis vir Cesar Borgia dux Valentinus relaxatus esset aut cito relaxaretur. Quibus nos respondimus, nos omnes conditiones in bulla super hoc confecta contentas ad unguem observaturos, si etiam nobis promissa observarentur. Sed ut scit circumspectio tua in eisdem conditionibus arcis Forlivii restitutio est expressa, quod declarare poteris hominibus ipsis, ne spem deponent libertatis et relaxationis ejusdem ducis. Quare danda est opera omni astu et ingenio, ut arx ipsa Forliviensis restituatur, ne ipse dux cum tanto circumspeditionis tue incommodo hodie diutius moram trahat et proficisci possit, quo cupit. Preterea circumspeditionem tuam hortamur, ut iterum ad dilectum filium Laurentium adeas, catholicarum Majestatum oratorem, ducem et senatum Venetorum hortetur ad restitutionem civitatum, arcium et locorum S. R. E., quas contra Deum et justitiam de facto occuparunt et occupant, nobis integre et libere faciendam, si amicitia et benevolentia ipsarum majestatum perfrui volunt, declaret etiam eis expresse, nos in tam manifesta injuria et jactura S. R. E. nec acquiescere nec desistere velle aut posse, donec restitutio, ut prefertur, hujusmodi integre fiat... Veneti enim ipsi non solum ab occupatione predictorum non cessant, sed etiam per clandestinas et indirectas vias Forlivium ejusque arcem nobis et dicte ecclesie subtrahere parant, quorum conatus et astus nos eludere quibuscumque viis possumus, querimus, nec dispendio ulli parcimus, sed nostra auctoritas apud eos non tantum valet, quantum valere debebat, et nisi catholici principes manus apponant, ecclesiam predictam Veneti ipsis prede et ludibrio, quod Deus avertat, fore prospicimus. Quanto igitur res in majore versatur periculo, tanto circumspectio tua pro officio boni cardinalis et sua solita probitate promptior erit ad haec faciendam, que opportuna putamus. Dat.⁵

Conc. Lib. brev. 29, f. 24, Archivio segreto pontificio.

¹ Cfr. sopra p. 698.

² Cfr. sopra p. 690, 698.

³ Orig. guasto.

⁴ Guasto.

⁵ La data risulta da *Lib. brev.* 22, f. 22b.